

gar. 57. n. 252. & alii, quos citant. Inducitur autem ejusmodi vacatio beneficiorum ipso jure, partim per diversos Sacros Canones in Corpore Juris Canonici clausos, sive in poenam graviorum criminum, sive ob alias causas; partim per varias Constitutiones Apostolicas, extra Corpus Juris Canonici vagantes, ac præsertim in Bullario Romano reperendas: prout amplius patebit ex dicendis. Unde

343 Resa II. Juxta Sacros Canones in Corpore Juris clausos, Beneficia vacant imprimis ipso facto per obitum, seu mortem naturalem Beneficiarii eorum possessoris; prout liquet ex c. Susceptum. 6. de Rescript. in 6. Nam mors omnia solvit. Auth. de Nuptiis. c. Deinceps. 20. Collat. 4. II. Per renunciationem: de qua ex professo dictum est supra Lib. I. Tit. 9. De Renunciatione, per totum. III. Per affectionem pacificam alterius Beneficii incompatibilis, juxta proxime dicta. IV. Per translationem Episcopi ad aliam Ecclesiam, vacat prior Episcopatus: & à quo die is vacare incipiat, ex professo dictum est supra Lib. I. Tit. 7. De Translatione Episcopi. §. 3. num. 34. 35. & seqq. V. Per Matrimonium contractum de præsentibus, non verò per sponsalia; prout amplius declaratum est supra Tit. 3. De Clericis conjugatis. §. 1. num. 9. & seqq.

344 VI. Vacat ipso jure Beneficium præhabitu per ingressum Religionis, professione secuti, c. Beneficium. 4. de Regularibus. in 6. de quo videatur dicta superius Lib. I. Tit. 9. De Renunciatione. §. 1. num. 21. 22. & seqq. VII. Per Militiam sæcularem, à Clerico Minorilla Beneficio assumptam; prout amplius dictum est supra Tit. 1. De Vita & honestate Clericorum. §. 5. num. 125. VIII. Per non promotionem ad Sacerdotium intra annum, vacat ipso jure Ecclesia Parochialis, quam Clericus necdum Sacerdos secutus fuit, & intra annum Sacerdotio initiari neglexit, c. Licet canon. 14. de Electione. in 6. etque pariter uberius declaratum Lib. I. Tit. 14. de Etate & Qualitate &c. num. 29. 30. & seqq. IX. Per promotionem ad Episcopatum, post obtentam possessionem ipsius, & secutam Consecrationem, vel saltem post lapsum temporis ad petendam Consecrationem præfixi, vacant ipso jure præhabita Beneficia, c. Cum in cunctis. 7. §. Cum verò. de Electione. junctis dictis supra §. præced. n. 323. 324. & 325.

345 X. Obiunctis quidpiam in persona Electi, atque in probatione deficientis (cessante causâ rationabili, quæ ipsum excusat triennio à beneficiis Ecclesiasticis, quæ in Ecclesia celebrata electionis obinebat) ipso facto suspensus est: & si stante tali suspensione sese eorum administrationi ingerere præsumperit, eidem ipso jure perpetuò privatus existit. Ita textus in cap. I. §. fin. junctâ Glossâ, & DD. de Electione. in 6. Concordat c. Cupientes. 16. §. Ceterum. eod. in 6. ubi eligentes, si electionem à se factam Electis infra octo dies culpabiliter præsentare distulerint; primum quidem triennio dicuntur eo ipso suspensi à beneficiis, quæ in Ecclesia celebrata electionis obtinent: deinde verò, si infra illud tempus ad dicta Beneficia se propriâ temeritate ingesserint, illis ipso jure perpetuò privati dicuntur.

346 XI. Qui beneficium curatum vi occupat; aut se scienter injuste intrudit in eo, ipso jure privatus est priori beneficio curato, si quod habebat. Similique, qui violenter auctoritate, seu veris temeritate propria, occupare Dignitates, Personatus, aut alia quæcunque Ecclesiastica Beneficia non veniunt, eo ipso amittunt jus, si quod in beneficiis taliter occupatis, vel ad ea ipsi forsitan competebar. Textus quoque utramque partem expressus est in c. Eum qui. 18. h. t. in 6. & concordat Jus civile l. Si quis in tantam. C. Unde vi.

347 XII. Si quis sequestrationem fructuum beneficii litigiosi, quæ post latam unam contra possessionem

diffinitivam sententiam, apud Sedem Apostolicam duntaxat, per Ordinarium loci fieri debet, impediri, aut fructus sequestratos quoquo modo occupare præsumperit: non solum ipso facto excommunicationis sententiam incurrit; verum etiam, si de litigantibus fuerit, hoc ipso amittit jus, si quod in hujusmodi beneficio, vel ad illud habuisset. Patet istud ex Clem. un. de Sequestrat. possess. junctâ Glossâ, & DD. ibid. & amplius declarat Gonzalez cir. gloss. 15. nu. 59. ac seqq. & Barbosa part. 3. de Offic. & potest. Episc. allegat. 57. n. 221.

XIII. Obtinentes plura curata, vel aliis incompatibilia Beneficia Ecclesiastica, tenentur Ordinariis locorum, id postulantibus, exhibere dispensationes suas: & si, justo cessante impedimento, istud non fecerint intra tempus arbitrio Ordinarii moderandum, possunt ipsorum Beneficia liberè conferri personis idoneis per eos, ad quos ipsorum collatio pertinet. Ita habetur c. Ordinarii. 3. de Offic. Ordinar. in 6. juncto Concilio Tridentino Sess. 7. cap. 5. de Reform. quod innovavit memoratum cap. Ordinarii, illudque, loquens solum de Dignitatibus, Personatibus & Beneficiis curatis, ampliavit ad quæcunque Beneficia aliis incompatibilia. Accedit ratio in cit. c. Ordinarii, allegata. Quia, si justo impedimento cessante nullam dispensationem super pluralitate beneficiorum, infra idem tempus (præfixum videlicet) contigerit exhiberi: tunc Beneficia illa, sine dispensatione aliqua eo ipso illicitè detineri constabit. (Nam paria sunt, non esse; & non apparere, datam v. g. nullè dispensationem, L. in lege. ff. de Contrahend. emptio. & can. Solemnitates. il. 1. de consecrat. dist. 1. cum similibus) ac proinde per eos, ad quos eorum collatio pertinet, liberè personis idoneis conferuntur. Vacant enim ipso jure; ut inquit Barbosa ibid. num. 9. & Gonzalez ad Gloss. 15. n. 62. vel potius sic vacare præsumuntur ex eorum incompatibilitate, & non ostensione tituli, seu legitime dispensationem, intra tempus ad Ordinarium præfixum. Quamquam notet Glossa ibid. §. Liberè, quòd si post lapsum dicti temporis præveniret Clericus Episcopum, vel alium Collatorem, ostendendo legitimam dispensationem, iste postea conferre non valeret.

Neque præmissis obstat diuturnitas possessionis plurium Beneficiorum, cæteroque incompatibilium, aut Regula 36. Cancellariæ De Triennali. Nam imprimis recipientes plura incompatibilia Beneficia Ecclesiastica non excusantur ex longa possessione, c. Ex frequentibus. 3. de Institutione. ubi excommunicatur illi, qui ex longæva consuetudine (quam Papa pravam, & iniquam appellat) contra Sanctorum Patrum Constitutiones Beneficia Ecclesiastica sine Canonica institutione receperunt, aut retinuerunt, non obstant antiqua possessione. Ubi proinde Glossa §. Desinent, advertit, quòd tales nullam possunt habere excusationem, quancunque tempore ea tenuerint: quia diuturnitas temporis peccatum non minuit, sed auget, c. Non satis. 8. de Simonia. & cap. ult. de Consecr. cum similibus. Unde, quòd Ordinarius possessorem plurium Beneficiorum incompatibilium compellere possit ad ostendendum Titulum, seu legitimam dispensationem, non obstante longa possessione; atque Regula 36. Cancellariæ, De Triennali, notat Barbosa part. 3. de Offic. & potest. Episc. allegat. 57. n. 224. Idemque cum aliis repetit Barbosa in Collectan. ad c. Ordinarii. n. 4. & seqq. de Offic. Ordinar. in 6. addit eâ ratione: Quia per Regulam, De Triennali possessore, excluditur quidem tertius, inquietans possessorem in Beneficio: non tamen per eam excluditur Ordinarius, utpote ad dictam inquisitionem extrajudicalem procedens ex Officio, & vi muneris sui Pastoralis.

XIV. Vacat Beneficium ipso facto in omnibus casibus;

casibus, in quibus Fundator ipsius in limine foundationis ita disposuit: puta, ut ipso facto vacet Beneficium ob non residentiam Clerici, vel ob affectionem alterius Beneficii simplicis, aut hujusmodi. Gonzalez ad Reg. 8. Cancell. cit. gloss. 15. n. 130. post Caputaneum. Decis. 290. n. 1. & 2. part. 2. Nam, quòd fundator possit in fundatione Beneficii ponere certas leges, & conditiones cæteroque honestas, quas voluerit, desumitur ex cap. Præterea quoniam. 23. de Jurispatronat. & c. Quamò. 16. de Consib. ac tenuit Rota Decis. 1. de Præbend. in novis; etque dictum supra §. 4. n. 205. & seqq.

XV. Vacat ipso jure Beneficium per alienationem rerum immobilium, aut pretiosarum Ecclesiæ, seu ipsius Beneficii, factam sine debitis solemnitatibus juris. Textus est apertus in Extravag. Ambitiose. §. Inferiores verò. De rebus Eccles. non alienand. inter Communes. His accedit multiplex privatio Beneficiorum, ob nonnulla crimina atrocita ipso jure inducta, de quibus speciatim dicitur num. 361. & seqq.

352 Resp. III. Juxta Sacros Canones dantur etiam plures modi vacationum improprie dicti: id est, tales, quibus non de novo vacat Beneficium, sed prima vacatio, puta, per mortem Beneficiarii inducta, etiamnum durat. Sic accidit XVI. Quando Electus non consentit electioni de se factæ, vel post consensum, antequam obtineret confirmationem Superioris, renuntiat juri suo, vel mortitur, c. Si electio. 26. de Electione. in 6. etque jam dictum supra Lib. I. Tit. 6. de Electione. §. 2. num. 33. & 34. additâ illa ratione: Quia prima vacatio Beneficii, vel Prælaturæ, durat usque ad confirmationem alterius Prælati, arg. c. Quam sit Ecclesiis. 6. eod. in 6. ac notat Glossa in Clem. 1. §. Collato. & Abbas ibid. num. 1. Ut lite pendente &c.

353 Hoc ipsum fit, quando Electus ad Prælaturam, seu Beneficium, intra mensem à tempore electionis sibi præsentatæ computandum, consensum electioni suæ præstatè distulerit, c. Quam sit Ecclesiis. 6. §. Electus. de Electione. in 6. Item, si Electus intra tres menses post consensum electioni præstitum, non petierit confirmationem, cit. c. Quam sit Ecclesiis. §. Ceterum. de Electione. in 6. Aut (si eadem confirmatio ad Sedem Apostolicam pertinet) Electus per se, vel per suum Procuratorem legitime instructum, intra unum mensem post consensum, ad sedem Apostolicam iter arripere neglexerit, c. Cupientes. 16. de Electione. in 6. etque jam dictum supra Lib. I. Tit. 6. de Electione. §. 13. num. 313. & seqq. & num. 319. ac seqq.

354 XVII. Simile quid contingit, quando Electus ante obtentam confirmationem sese administrationi immiscere præsumperit: nam ipso facto privatus existit jure sibi ex electione quæsito, arg. c. Avaritie. 5. de Electione. in 6. junctâ Glossâ ibid. §. Privatos: etque ex professo dictum supra cit. Lib. I. Tit. 6. de Electione. §. 2. n. 40. & seqq.

355 Id ipsum dicendum est de cassatione electionis: ut c. Consideravimus. 10. de Electione. & c. Si Electio. 26. eod. in 6. Ac de repulsionè factæ Pollutionis, cap. I. & 2. de Postular. Prælat. & Extravag. Ex debito. §. Hujusmodi. de Electione. inter Communes. Quamvis, ut dictum, & notat Gonzalez ad Reg. 8. Cancell. gloss. 15. n. 52. & 57. isti non sint proprie dicti modi vacationum, eò quòd prior vacatio adhuc duret, & quidem usque ad confirmationem alterius Prælati: qualis confirmatio in proximè relatis casibus non intervenit, ut patet.

356 Resp. IV. Spectando varias Constitutiones Apostolicas, extra Corpus Juris Canonici repertas; ulterius, & XVIII. Vacat ipso jure Beneficium, imò & Pensio Clerici, Tonsuram, & habitum Clericalem, vestes scilicet Talaris, non deferentis. Patet

hoc ex Constitutione 92. Sixti V. Cum sacrosanctum: at notat cum aliis Barbosa part. 3. de Offic. & potest. Episc. allegat. 57. num. 217. etque amplius declaratum supra Tit. I. De Vita & honestate Clericorum. §. 3. n. 64. & seqq.

XIX. Vacant ipso facto Beneficia resignata, seu cessata, non servatâ formâ publicationis, in Constitutione 85. Gregorii XIII. Humano vis judicio, præscriptâ: etque jam dictum supra Lib. I. Tit. 9. de Renunciatione. §. 6. n. 129. & seqq. ac notat Barbosa d. allegat. 57. num. 244. citans aios. Idemque dicendum de Beneficiis Parochialium Ecclesiarum, per Concursum conferendis juxta Concilium Tridentinum Sess. 24. cap. 18. de Reform. quando in eorum collatione non fuit servata forma, præscripta in Constitutio. 33. B. Pii V. que incipit: In conferendis: de qua paulò superius dictum est, nempe §. 5. n. 148. & 149.

XX. Vacant ipso jure omnia Beneficia illorum, qui pro obtinendis per alios Beneficiis se ipsos fraudulenter pro illis examini supponunt, &c. juxta Constitutionem 12. Pauli IV. que incipit: Inter ceteras: ac refertur Tom. 1. Bullarii Romani.

XXI. Vacant ipso jure Beneficia retinentium indebitè Scripturas spectantes ad Cameram Apostolicam, illâque non restituentium, nec non scientium, & non revelantium: ex Constitutione Julii III. die ultima Aprilis 1552. ut inquit Barbosa cit. allegat. 57. n. 249. vel potius ex Constit. 56. Sixti V. que incipit: Non sine maxima: ac refertur Tom. 2. Bullarii Romani.

XXII. Vacat beneficium Ecclesiasticum ipso jure (sive per obitum, & non per resignationem) quando illud resignans, non supervixit vixiginti diebus: prout constat ex Regula 19. Cancellariæ, quæ inscribitur, Regula de vixiginti: ac fultus declaratur supra Lib. I. Tit. 9. de renunciatione. §. 3. n. 67. 68. & seqq. Tacetur nonnulli alii consimiles casus, de quibus extant speciales Constitutiones Apostolicæ, partim in Bullario Romano, partim in sæpè citato Barbosa, & Gonzalez videndæ.

361 Resp. V. Insuper ob complura crimina atrociora tum per Sacros Canones, tum per Constitutiones Apostolicas, reperitur inficta privatio beneficiorum ipso jure. Sic cumprimis, atque XXIII. Vacat ipso jure Beneficium ob crimen Simoniacæ realis, in ejusdem consecutione commissum: adeò quidem, ut præter poenam excommunicationis, ipso facto contractæ, & Papæ reservatæ, qualibet provisiones, & collationes Beneficiorum, quas Simoniacâ contigerit labe fieri, vitibus omnino careant; & aliquo eorum cuiuspiam jus nullatenus acquiratur, nec inde faciat aliquis fructus suos, sed ad illorum omnium, quæ percipit, restitutionem sub anime suæ periculo sit adstrictus. Ita textus expressus in Extravag. Cum desestabile. de Simonia, inter Communes; de qua ex professo alibi.

362 XXIV. Huc accedit Simonia confidentialis (quam Confidentialiam beneficiorum appellant) quâ quis cuiuspiam beneficium Ecclesiasticum procurat eligendo, presentando, resignando, confirmando, aut aliâ ratione, sub certa confidentiali, seu pacto expresso, aut tacito, ut is, qui Beneficium accepturus est, illud ipsum sibi procuranti, aut alteri v. g. fratri, vel nepoti suo, cum fructibus, sive aliqua horum portione suo tempore cedat. Nam quæcunque Beneficia, per hujusmodi Simoniam confidentialem quoquo modo recepta, aut impostum recipienda, ipso jure à die receptionis vacillæ, & vacare decrevit, atque declaravit Pius IV. in sua Constitutione 85. Romanum officium: quam innovavit B. Pius V. in Constitutione 85. quæ incipit, Intolerabilis: atque una cum priori haberetur Tom. 2. Bullarii Romani.

363 XXV. Vacat ipso jure Beneficium propter crimen Hæresis, arg. c. Ut commissi. 12. de Hæretic. in 6. ibi:

ibi: *Vel privatos nunciandi dignitatibus, ac aliis beneficiis Ecclesiasticis*: juxta Constitutione 29. B. Pii V. quæ incipit: *Cum ex Apostolatus*: & habetur Tom. 2. Bullarii Romani: ac notat Gonzalez ad Reg. 8. Cancellar. gloss. 15. n. 65. Flamin. Parisius lib. 3. de Resignat. Benefic. quæst. 1. n. 31. & 32. Garcias part. 11. de Benefic. cap. 10. n. 60. & 66. citans plurimos alios, & Rotam in una Mutinens. Capelle. 19. Junii, 1562. coram D. Paleoto, hæcque appellans communem sententiam. Quamvis contrarium teneat Barbosa cit. allegat. 57. num. 228. §. Sed contrarium, cum nonnullis aliis.

364 XXVI. Vacant ipso jure Beneficia Falsariorum falsificantium Literas Apostolicas, c. Ad falsariorum. 7. de Crimin. falsi. ibi; Clerici, qui falsarii fuerint deprehensi, omnibus Officiis & Beneficiis Ecclesiasticis perpetuo sunt privati. Gonzalez d. gloss. 15. n. 73. Garcias cit. part. 11. n. 270. Barbosa ead. allegat. 57. n. 234. & alii.

365 XXVII. Vacat ipso jure Beneficium percipientis, aut capientis &c. Cardinalem S. R. Ecclesiæ, c. Felicitis. §. Si qua verò. de Pœnis in 6. Aut Episcopum, loquendo tamen de Beneficiis in hujus Ecclesiæ obtentis, Clem. 1. de Pœnis. Barbosa, ubi supra, num. 235. & 237. Gonzalez n. 74. & 75. cum aliis. Atque istud etiam procedit in Beneficiariis occidentibus, vel militantibus Rectorem, aut alium Clericum suæ Ecclesiæ, arg. c. In quibusdam. 12. §. Sacri. de Pœnis. Barbosa lo. cit. n. 239. & 240. istud tamen intelligens de Beneficiis illius Ecclesiæ, in quam deliquit percipiendo Rectorem, vel Clericum illius; non autem de beneficiis in alia Ecclesiâ obtentis.

366 XXVIII. Vacant ipso jure Beneficia Clerici ob crimine Adulterii, pro ipsum procurari, vel mandati &c. Textus est expressus in cap. 1. de Homicid. in 6. XXIX. Vacant ipso jure Beneficia Clericorum infectorum, qui carcerant, capitumque tenent Clericum, donec resignaverit suum beneficium; aut, ne citati ad Sedem Apostolicam venire possint, Clem. Multorum. §. Quid si inferiores. de Pœnis. Similiter vacant ipso jure Beneficia offenduntium litigantes in Romana Curia, eorumque Judices, Advocatos, Procuratores, Notarios, testesque, & alios: ex Constitutione 11. Alexandri VI. In Eminenti. §. 4. ac referitur Tom. 1. Bullarii Romani.

367 XXX. Vacant ipso jure Beneficia committentium nefandum crimen Sodomie: ex Constitutione 72. B. Pii V. Horrendum illud. §. 3. Imò tantum crimen perpetrantes jubentur degradari, ac Curie seculari tradi ad supplicium: ex Constitutione 5. B. Pii V. quæ incipit, Cum primum. §. 11. & citat Constitutione 72. eisdem; quarum utraque referitur Tom. 2. Bullarii Romani. Tacentur nonnulli alii casus, privationem beneficiorum Ecclesiasticorum ipso jure inducentes, & apud Auctores hæcenus citatos videnti.

368 Solummodo nota, quòd privatio, seu vacatio Beneficiorum ipso jure in pœnam commissi criminis statuta, regulariter non obliget in Foro conscientie ante sententiam declaratoriam Judicis super crimine admisso: eò quòd requirit externam executionem, sicque subintret dispositio c. Cum Secundum. 19. de Hæretic. in 6. atque citatis pluribus Authoribus (quibus impræsentiarum addi potest Azorius part. 1. lib. 3. cap. 13. quæst. 8. Pirhing tit. de Concessio. Præbend. n. 25. §. Porro. Covarruvias de Marimon. part. 2. cap. 6. §. 8. num. 9. Zerola in Praxi Episcop. part. 1. §. Privatio. §. Ad quantum omisit &c. allegans plures alios) ex professo dictum est supra Lib. 1. Tit. 2. de Constitutionibus. §. 10. num. 227. 229. & seqq. solvendo contraria: ubi simul pro declaratione additi ly, Regulariter, referuntur casus, in quibus data Regula fallit. Quibus adde casum Simonie realis, in affe-

ctione beneficii Ecclesiastici commissæ: talis enim Simonia receptio Beneficii plenissime infirmatur per Sacros Canones, ac presertim per citatam num. 361. Extravag. Cum deservibile. de Simonia in inter Communi. Fatendum tamen, quòd plurimis Authoribus pro & contra relatis, ac loquendo de bonis communibus (quæ sunt Beneficia, & Officia publica) Garcias part. 11. de Benefic. cap. 10. num. 7. & 8. ac num. 18. 20. & seqq. oppositum teneat; asserens, quòd committens delictum, propter quod ipso jure privatur beneficium, teneatur in conscientia dimittere illa ante sententiam; quem proinde, fufius de hæc materia differentem, Benevolus Lector videre poterit.

369 Queritur II. Quid dicendum de vacatione Beneficiorum per sententiam; & qualiter hæc differat a vacatione eorundem ipso jure? Resp. I. Per sententiam amittitur Beneficium, quando sententia privationis (condemnatoria videlicet) requiritur post crimen, vel aliam causam. Ita Rebuffus in Praxi Benefic. tit. De modis amittendi beneficia, num. 50. cum communiter. Quo modo, si Clericus iudicium sanguinis exercent, per sententiam suo est beneficium privandus, c. Clericis. 5. Ne Clerici, vel Monachi &c. ibi: Si quis tale quid fecerit, in Honore privetur, & loco. Idemque dicendum de homicida, sacrilego, incendiario, perjuro, & aliis Clericis hujusmodi gravia crimina perpetrantibus.

Cæterum privatio beneficiorum Ecclesiasticorum nunquam est imponenda, nisi in casibus à Jure expressis, arg. can. Apostolus. dist. 81. juxta Glossam ibi. Joan. de Selve Tractatum tom. 15. tract. de Beneficiis part. 3. quæst. 2. n. 26. Rebuffus lo. cit. n. 62. Gonzalez in Reg. 8. Cancellar. gloss. 15. num. 136. citans alios: est non desint tenentes, quòd, quandoquocumque delictum est grave, possit Clericus beneficium privari. arg. can. Satis perperum. dist. 56. & can. Inventum est. 16. q. 7. Et pro hac sententia plures allegat Gonzalez, ubi supra, num. 138. postea tamen horum sententiam intelligens in casibus à Jure expressis; alias non. Nam, quòd odia restringi, si-milique in pœnis benignior sit interpretatio facienda, patet ex Reg. 15. & Reg. 49. Juris in 6. cum concordantibus.

Resp. II. Vacatio beneficii Ecclesiastici ipso jure, & Vacatio seu privatio Beneficii per sententiam, quoad effectus suos multipliciter differunt. Ita Barbosa part. 3. de Offic. & potest. Episc. allegat. 57. n. 253. Alfons. Hoieda Tractatum tom. 15. tract. de Beneficior. incompatibil. part. 1. cap. 13. num. 59. & seqq. Gonzalez d. gloss. 15. num. 140. & seqq. enumerans complures tales effectus. Ratio hujus delimitur ex dictis supra Lib. 1. Tit. 2. De Constitutionibus. §. 10. n. 230. 231. & seqq. ubi ex professo ostensum est, quòd ad incurrandam pœnam ferendam sententiæ, v. g. privationis Beneficii, requiritur sententia condemnatoria Judicis, ac debeat pœna solum à tempore latæ sententiæ. Econtra verò, ut debeatur pœna ipso jure imposta, sufficit sententia declaratoria Judicis super crimine admisso, quæ per quandam juris Fictionem retrahitur ad tempus commissi sceleris, cui pœna ipso jure imposta fuit; adeoque facta per Judicem executione, debeat pœna illa jam à die commissi criminis: prout amplius ibidem declaratur. Unde applicando eandem doctrinam ad casus, seu effectus speciales quoad propositum.

Differt imprimis privatio, seu vacatio beneficii Ecclesiastici ipso jure inducta, ab ejusdem privatione per sententiam condemnatoriam Judicis: quòd si vacat Beneficium ipso jure, ratione alicujus capitis quæst. præced. enumerati, vacet illud in puncto contracti, v. g. matrimonii, aut emissæ Professionis Religiosæ, vel commissi criminis &c. sicque ad dignoscen-

noscendum, ut Beneficium vacaverit in mense Pontificio, nec ne, inspicendum sit tempus vacationis ipso jure; non autem actualis amotionis ab injusta ejus perceptione, seu possessione. Secus dicendum de privatione, seu vacatione Beneficii per sententiam Judicis: hic enim inspicitur tempus latæ sententiæ privationis, per Judicem factæ. Gonzalez ubi supra, n. 141. & 142. Barbosa cit. n. 253. & alii.

373 Secundo differunt: quia datâ vacatione Beneficii ipso jure, etiam in pœnam delicti, statim potest illud conferri alteri, etiam non expectatâ sententiâ Judicis, nec vocato possessore ipsius; quamvis, ut ille cui id collatum fuit, possit in talis beneficii possessionem induci, requiratur prævia citatio prioris possessoris, c. Licet Episcopus. 28. h. t. in 6. Ubi Glossa §. Te non vocato, dispositionem illius Decretalis intelligendam censet in omni eo casu, in quo quis beneficium privatus est ipso jure. Gonzalez lo. cit. nu. 148. Hoieda, ubi supra, n. 60. Barbosa n. 255. allegans alios: atque concordant dicta superius num. 336. & seqq. Secus dicendum, quando quis primum est privandus Beneficio per sententiam: tunc enim ante hujus prolationem neque vacat beneficium, neque alteri conferri potest.

374 Tertio differunt: quia Beneficiarius, cujus Beneficium vacat ipso jure absque crimine, v. g. ob matrimonium contractum, vel allectionem a terius Beneficii incompatibilis &c. ex tunc tenetur statim, etiam in Foro Poli dimittere prius beneficium: & si secus attentare præsumperit, non facit fructus suos, sed ad illorum restitutionem tenetur etiam in Foro conscientie. Hoieda lo. cit. n. 61. Gonzalez cit. gloss. 15. num. 150. Flamin. Parisius lib. 4. de Resignat. Benefic. quæst. 1. num. 58. loquens de vacatione prioris Beneficii ipso jure propter alfectionem alterius incompatibilis; atque citatis aliis subjungens, hæc esse communem opinionem. Accedit ratio: quia talis vacatio ipso jure non est statuta in pœnam delicti, ut opus sit prævia sententiâ declaratoriâ super ejus admissione (non enim peccat Clericus Minorita matrimonium contrahendo, vel aliud Beneficium incompatibile recipiendo, dummodo prius dimittat &c.) sed vacatio illa ipso jure inducta est propter assumptionem status matrimonialis, qui est incompatibilis cum Clericatu; vel ob receptionem alterius Beneficii incompatibilis cum priori &c. sicque ipso facto incurrit, ad evitanda plura ceteroquin securura incommoda &c.

375 Atque hoc ipsum dicendum est, quando in pœnam commissi delicti quis incurrit privationem beneficii ipso jure, & secuta est sententia declaratoria Judicis super crimine admisso: nam quia hæc retrahitur ad tempus commissi delicti, jam ab eodem tempore debetur pœna privationis beneficii ipso jure; sicque omnes fructus abinde percepti, & restituendi sunt; prout amplius supra cit. Lib. 1. Tit. 2. num. 230. 231. & seqq. declaratum fuit. Secus dicendum, si quis per sententiam condemnatoriam Judicis privatur suo beneficio: nam tunc pœna solum debetur à tempore latæ sententiæ, sicque possunt retineri omnes fructus antea percepti.

376 Quarto differunt: quia Beneficiarius ipso jure privatus suo beneficio, non potest illud resignare in favorem alterius, nec aliâ ratione de eodem disponere, v. g. permutando, aut hujusmodi: & si secus attemptet, resignatio, vel permutatio est invalida; saltem secuta sententiâ declaratoriâ Judicis, si vacatio ipso jure inducta fuit ob commissum crimen. Ratio est, quia nemo potest dare, v. g. resignando, permutando &c. quod non habet. Glossa in can. Gratia. t. 1. q. 2. §. Possunt. Similique nemo potest plus juris transferre in alium, quam sibi competere dignoscatur, prout loquitur Reg. 79. Jur. in 6. Econtra Be-

neficiarius, qui venit privandus suo Beneficio per sententiam, potest resignare, permutare &c. beneficium ante secutam privationem ipsius.

Tacentur alie consimiles differentie quoad diversos effectus inter privationem, seu vacationem Beneficii ipso jure, & per sententiam, assignabiles: nam earum centum & quatuor accumulatur Tiraquellus in 1. Si unquam. §. Revertatur. n. 168. C. de Revocand. donation. teste Gonzalez, ubi supra, n. 152.

§. XIII.

De Reservatione Beneficiorum in genere.

S U M M A R I U M.

- 378 Reservatio beneficiorum.
- 379 Et Beneficium reservatum, quid?
- 380 Reservatio beneficiorum, quomplex? Et n. seqq.
- 381 Reservationes beneficiorum generales, & speciales, quæ? Et num. præced.
- 382 Reservatio beneficiorum alia sit apposita Decreto irritante: alia sit simpliciter sine tali Decreto.
- 383 Harum quælibet ligat manus inferioris Collatoris: sed cum discrimine. Et num. seqq.
- 384 Illa afficit etiam ignorantes, non ista.
- 385 Illa inscit non solum titulum, sed etiam possessionem &c. Ista annullat solum collationem in contrarium factam.
- 386 & 387 Reservatio collationis quorundam Beneficiorum respectu Papæ, cur facta fuerit?
- 388 Reservatio beneficiorum an sit favorabilis, vel odiosa? Et num. seqq.
- 389 Probatur, eam esse odiosam, sique restringendam. Et num. præced.
- 390 Refertur contraria quorundam sententia, loquendo de reservationibus generalibus.
- 391 Prior sententia est communior inter Doctores, similique probabilior.
- 392 Solvuntur rationes oppositæ sententiæ.
- 393 Dantur tamen Beneficia aliqua, quæ sub reservationibus, etiam generalibus, absque speciali eorum mentione non comprehenduntur. Et num. seqq.
- 394 Ubi sunt Beneficia manualia, seu ad nutum revocabilia.
- 395 Item Beneficia jurispatronatus Laicorum, vel mixti, ex fundatione, ædificatione, vel donatione acquisiti.
- Tali jurispatronatus Laicorum Papa derogare non solet. Ibid.
- 396 Secus dicendum de Beneficiis jurispatronatus Ecclesiastici, aut Laicalis ex consuetudine, præscriptione, vel privilegio acquisiti.
- 397 Beneficia vacantia ex causa permutacionis, non continentur sub reservationibus.
- 398 Sicut nec Beneficia de Mensa.
- Beneficia de Mensa, quæ? Ibid.
- 399 Id ipsum procedit de Beneficiis affectoriè alteri unitis.
- 400 Reservationes beneficiorum ultra eas, quæ habentur in propriis Concordatis, cessant in Gallia, & Germania.
- 401 Sub reservatione c. Licet. 2. de Præbend. in 6. non comprehenduntur Episcopatus.
- 402 An hoc ipsum extendatur ad Abbatis? De facto cessat data limitatio, & controversia, & cur? Ibid.
- 403 Beneficia electiva non comprehenduntur in reservationibus, factis sub justa forma: Reservantur beneficia ad cujuscunque collationem, provisionem, præsentationem, seu dispositionem spectantia.

Intelligendo istud de Beneficiis propriè electivis: & que sint talia? Ibid.
 404 Beneficia electiva sunt speciali notâ digna. Et num. præced.
 Electio non includitur sub verbo Provisionis, vel Dispositionis. Ibid.
 405 Beneficia, quæ ex consuetudine Magistris & Doctoribus sunt conferenda, an comprehendantur sub reservationibus?
 406 Quid dicendum de Beneficiis Regularibus? Et de Beneficio monoculo? Ibid.

378 **Q**uæritur I. Quid, & quotuplex sit Reservatio beneficii? Resp. I. Reservatio, quantum ad propositum, est alicujus Ecclesiastici Beneficii vacaturi, per habentem ad istud potestatem, ad se facta avocatio. Ita Aneas de Falconibus Tom. 15. Tractatum, part. 1. tract. de Reservatione beneficii. quest. 1. principal. num. 1. Jo. Chokier in Regul. 1. Cancell. n. 12. Gonzalez ad Reg. 8. Cancell. gloss. 5. n. 19. Azorius part. 2. lib. 6. cap. 34. quest. 1. Pirhing h. t. n. 317. Sannig eod. cap. 4. n. 1. & alii. Dicitur, avocatio: quæ particula stat loco generis; reliqua verò additur per modum differentie. Dicitur ulterius, per habentem ad istud potestatem; qualis est Papa, utpote plenariam circa omnia totius mundi beneficia Ecclesiastica dispositionem habens, cap. 2. h. t. in 6. cum similibus. Deinde Legatus à Latere: nam & iste potest beneficia, quæ in Provincia sibi decreta tempore suæ Legationis vacaverint, suæ collationi reservare; sub certis tamen limitationibus, quæ habentur in c. Præsent. 3. de Offic. Legat. in 6.

379 Et conformiter dictis intelligendum est, quid sit Beneficium reservatum: nam tale dicitur illud, cujus collationem Superior, v. g. Papa, sibi propriam vendicat, ut ab aliis Collatoribus ordinariis conferri non possit. Layman lib. 4. Theol. Moral. tract. 2. cap. 11. n. 1. & communis.

380 Resp. II. Reservatio Beneficiorum est duplex, generalis videlicet, ac specialis. Ita Garcias de Beneficiis, part. 5. cap. 1. n. 56. & seqq. Azorius part. 2. lib. 6. cap. 34. q. 3. Pirhing h. t. n. 318. & alii. Quamvis postea non nihil varient in explicatione h. rum terminorum. Siquidem Felinus c. In nostra. Coroll. 5. n. 15. de Rescript. & Mills in Repert. §. Reservatio. vers. 2. ac non pauci alii, per Reservaciones generales beneficiorum intelligunt illas, quæ sunt in re ductæ à Jure communi: per speciales verò, quæ habentur per Regulas Cancellariæ, aut Concordata, vel hujusmodi, ultra dispositionem Juris communis.

381 Verius tamen videtur, quod Reservaciones generales censentur illæ, quibus reservantur plura Beneficia in communi: ut pu à, Beneficia in Curia vacantia, vel Beneficia devoluta, aut quæcumque Beneficia eorum, qui promoventur ad Episcopatus, & hujusmodi. Reservaciones speciales econtrâ dicuntur illæ, quæ sunt de certis beneficiis: hoc est, de talibus Beneficiis, quæ sunt determinata, seu specialia vel ratione loci, reservando v. g. omnia Beneficia certæ Ecclesiæ; vel ratione ipsiusmet Beneficii; ut cum certa Dignitas reservatur, vel ratione personæ, ut dum Papa jubet beneficium primò vacaturum in Ecclesia N. conferri Titio Clerico. Ita Rota Decis. 28. de Præbend. in antiq. & Decis. 3. de Restitut. spoliat. Garcias cit. part. 5. cap. 1. n. 58. & 60. Azorius, & Pirhing, ubi supra. Flaminius Parisius de Resignat. benefic. lib. 2. quest. 6. n. 16. & seqq. & alii.

382 Resp. III. Ulterius Reservatio Beneficiorum alia est, quæ fit appposito Decreto irritante; hoc est, dæcernendo irritum & inane, si quid secus attentatum fuerit: quale Decretum plerumque reservationibus à Papa factis apponi solet; ut c. Si beneficia. 20. h. t. in 6. Alia reservatio est, quæ fit simpliciter,

& absolute, nullo appposito tali Decreto.

Est autem notabilis differentia inter Reservationem appositam Decreto: & inter eam, in qua istud non apponitur. Licet enim quilibet Reservatio liget manus Collatoris inferioris; adeò; ut beneficium, Papæ v. g. reservatum, validè conferre non possit, hoc ipso, quòd Papa de sua maiori potestate istud sibi, suæque collationi reservat: nihilominus istud contingit cum discrimine. Siquidem

Reservatio beneficii facta appposito Decreto irritante, afficit etiam ignorantem: adeò, ut invalida sit collatio beneficii taliter reservati etiamsi ordinarius Collator ignorasset, reservationem ejusdem à Papa prius factam fuisse, arg. cit. c. Si beneficia. 20. h. t. in 6. ac notat Ancharanus ibid. not. 2. & Franchus n. 1. Pirhing h. t. n. 320. & Garcias d. part. 5. cap. 1. n. 408. & seqq. allegans alios. Econtrâ verò Reservatio beneficii, nullo appposito Decreto irritante facta, solum ligat manus Collatoris inferioris post notificationem; non verò afficit ignorantem: unde Collator ordinarius validè conferri beneficium sine appposito Decreto reservatum, si revera factam reservationem ignoravit. Tum quia ignorantibus venia non negatur, can. Proposuit. dist. 82. Tum quia cit. c. Si beneficia. h. t. in 6. ad inducendum invaliditatem factæ bonæ fide collationis beneficii reservati, utrumque copulativè requiritur; videlicet, tam reservatio, quam appositio Decreti irritantis, illis verbis: Aut decreto interposito reservantur: ac notant Authores proximè citati.

Est & alia differentia. Nam Reservatio beneficii cum Decreto, insitit non solum titulum, quantumvis collatio ejus per inferiorem postmodum facta, non tenet: sed etiam vitiat possessionem; & omnia, quæ inde consequuntur, c. Si eo tempore. 45. de Election. in 6. Garcias cit. part. 5. cap. 1. n. 410. & 428. post Rotam Decis. 24. n. 5. & Decis. 156. part. 2. divers. & alios. Ad-ò, ut collatio Ordinarii nihil omnino præstet, ne quidem titulum coloratum: & si is, qui ejusmodi beneficium obtinet, ipso spoliatur, non possit agere de spolio. Chokier in Regul. 1. Cancell. n. 18. citans Rotam Decis. 16. in novis. Pirhing h. t. n. 322. Idque fit propter prægnantiam, amplitudinem, & generalitatem verborum Decreti, quò dicitur: Decernunt irritum & inane, quidquid secus scienter vel ignoranter contigerit attentari: de quo plura Barboia in Tract. De Clausulis. Claus. 40. Econtrâ verò Reservatio beneficii sine Decreto, solum annullat collationem in contrarium factam; non verò videtur discolorare titulum, neque possessionem inficere. Garcias lo. cit. n. 410. citans Simonetam de Reservacione. quest. 40.

Quæritur II. Cur Reservatio quorundam beneficiorum facta fuerit? Resp. Cur reservatio collationis aliquorum beneficiorum Ecclesiasticorum, præsertim respectu Romani Pontificis, Christi in terris Vicarii, introducta fuerit, multiplex potest assignare ratio congruentia, potissima tamen sunt sequentes. Imprimis enim Sancta Romana Ecclesia cæterarum Ecclesiarum primatum tenet, can. 1. dist. 22. atque ad ipsam Romanum Pontificem ab initio pertinebat collatio omnium Beneficiorum totius Urbis & Orbis, cap. 2. h. t. in 6. cum similibus. Et quamvis ipse postea concesserit Episcopis potestatem conferendi Beneficia suarum Ecclesiarum, can. Regenda. 10. q. 1. & alibi: ut tamen intelligeretur, majorem penes se remanere potestatem, c. Dudum. 14. §. Nos igitur. de Præbend. in 6. Ipsique Episcopi copulativè solum, non autem privativè, potestatem conferendi beneficia fuisse concessam; cum sint vocati duntaxat in partem sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis, can. Qui se sit. 2. q. 6. Haud immeritò Papa quorundam beneficiorum collationem expressè sibi reservandam censuit.

Aliam

§. XIII. De Reservatione Beneficiorum in genere.

387 Aliam reservationum causam ponit Chokier in Reg. 8. Cancell. circa init. nu. 9. & Pirhing h. t. n. 319. Siquidem ad Sedem Apostolicam confluit undecunque Clerici indigentes, & etiam de Ecclesia bene meriti, quibus paternâ provisione Papa subvenire tenetur: unde justum fuit, imò & necessarium, ut quorundam Beneficiorum, talibus Clericis dato tempore conferendorum, collationem sibi reservaret. Atque hæc ratio habetur etiam in Reg. 9. Cancellariæ, illis verbis: Item cupiens SS. D. N. PP. pauperibus Clericis, & aliis bene meritis personis providere &c. Accedit, quòd hæc ratione conservetur major communicatio, & conjunctio inferiorum Ecclesiarum, atque Clericorum, per totum Orbem cum Ecclesia Romana Matre sua, dum ab ipsa non solum in spiritualibus, sed etiam in temporalibus, seu redditibus Ecclesiasticis dependent, atque adjuvantur.

388 Quæritur III. Utrum Reservatio beneficiorum fit favorabilis, vel odiosa? Resp. I. Reservatio beneficiorum est odiosa, atque restringenda; nec inducitur, nisi in casibus expressis. Ita Glossa in c. Præsent. §. Finitur legato. de Offic. Legat. in 6. asserens, reservationes beneficiorum esse odiosas propter duo: quia per eas datur via ad vacaturas; & quia præjudicant ordinariæ potestati. Navarrus in c. accepta. de Restitut. spoliat. in Oppositionis decime solutione, n. 42. dicitur Glossam appellans memorabilem; eamque procedere asserens non solum in speciali reservatione (puta, si Papa reservet beneficium primò vacaturum in Ecclesia A. conferendum Cajo) sed etiam in generali, arg. c. Mandatum. 38. de Rescript. Garcias part. 5. de Benefic. cap. 1. n. 67. præter plures alios citans Bellameram de Permutat. Benefic. part. 3. quest. 1. & Confil. 34. cum Collectario dicentem, quòd reservationes Papæ, etiam generales, & Motu proprio factæ, sint odiosæ, & restringendæ: quia Ordinarius avertunt jura sua. Calladurus Decis. 3. n. 5. de Reservationib. eandem Glossam approbans. Barboia part. 3. de Offic. & potest. Episc. allegat. 57. n. 18. citans Bisignanum Decis. 1. in fin. de Præbend. & Simonetam de Reservat. quest. 5. & Rotam in Seguntina Archidiaconatus & Canonicatus. 19. Martii. 1601. coram Cardinale Cancelloto jun. Castro Palao part. 2. tract. 13. de Beneficiis. disp. 2. punct. 15. n. 5. Flam. Parisius lib. 7. de Resignat. Benefic. quest. 11. nu. 33. Joann. Chokier ad Reg. 8. Cancell. n. 5. Petrus de Murga tract. de Beneficiis, cap. 3. n. 259. Farinacius Decis. 691. nu. 2. His accedunt alii, quos pro hac sententia citat Gonzalez ad Reg. 8. Cancell. §. 6. Proam. n. 6. generaliter docentes, quòd reservatio dicatur odiosa: ut Rota Decis. 1. in fin. de Præbend. in antiq. Calderinus Confil. 10. in fin. de Præbend. Geminianus Confil. 136. n. 2. Decius cap. 2. nu. 6. de Election. Parisius Confil. 19. n. 4. lib. 4. Gambarus de Legato. lib. 3. n. 194. alique plures, junctis citandis infra n. 391.

389 Accedit ratio, per Glossam, ubi supra, jam insinuata. Quia videlicet reservatio detrahit jurisdictioni ordinariæ, quæ dicitur favorabilis, & naturalis. Glossa in Clem. ult. §. Nolumus. de Offic. Ordinar. Atqui omnis dispositio, quæ est derogatoria potestati Ordinarii, est odiosa. Abbas c. Si quis contra. n. 4. de Foro compet. Sicque, veluti lædens jus alterius, est restringenda, arg. c. Super eo. 15. de Offic. Delegat. Et hinc Pontifex in Extravag. Ad regimen. h. t. inter Communi. sicut & in Regulis Cancellariæ, multum enucleatè solet specificare Beneficia illa, quæ reservare intendit, ne alioquin censeri possint non reservata.

390 Fatendum tamen, quòd Aneas de Falconibus cit. tract. de Reservatione. Benefic. Præclud. 2. n. 1. atque Reiffenstuel Jus Can. Tom. III.

Gonzalez d. §. 6. Proam. n. 25. & seqq. & præsertim n. 74. allatam doctrinam intelligendam censent solum de reservationibus specialibus, seu particularibus, atque factis ad favorem certarum personarum, vel ratione Expectativarum ad beneficia viventium: nam tales etiam ipsi concedunt esse odiosas, sique restringendas. At verò reservationes generales, v. g. illas, quæ habentur in Regulis Cancellariæ, asserunt esse favorabiles, sique extendendas. Rationes ipsorum præcipue sunt: tum quia ab initio omnis potestas conferendi Beneficia residebat penes solum Papam, arg. can. 1. & 2. dist. 22. cum similibus; ac proinde per reservationes generales nihil præjudicialè innovatur, sed res reducitur ad suum primævum statum: quod est favorabile, cum res de facili revertatur ad naturam suam, & primævum statum, can. Ab exordio. dist. 35. Glossa c. Statutum. §. Numerandum. h. t. in 6. Barboia Axioma. 199. nu. 13. Tum quia reservationes generales beneficiorum principaliter fiunt pro favore Ecclesiarum, atque procuranda earundem utilitate, & sublevanda Clericorum bene de Ecclesia meritorum indigentia, ut dictum n. 386. & 387. Atque ex fine primario, seu principali oportet dignoscere, an dispositio aliqua sit favorabilis, nec ne; ergo.

Verum his non obstantibus prior sententia communitur inter Doctores, simulque probabilior, etiam loquendo de reservationibus generalibus, & factis per viam legis: ut est illa, quæ habetur in c. Licet. 2. h. t. in 6. Hanc enim esse odiosam, eò quòd detrahat jurisdictioni ordinariæ, notat Glossa ibid. §. Dignitatum, dum asserit, quòd sub reservatione ibidem promulgata non comprehendantur Episcopatus. Istud quippe foret falsum, si reservatio facta per viam legis generalis, foret favorabilis: nam Episcopatum in materia favorabili venire nomine Beneficiorum, præter communem aliorum, concedit implet Gonzalez, ubi supra, gloss. 9. nu. 36. & 37. Accedit, quòd idem Gonzalez §. 5. Proam. num. 139. asserat, quòd Constitutio c. Si Apostolica. 35. h. t. in 6. fit favorabilis; quia (inquit) restringit reservationem cap. 2. eod. tit. in 6. ac recludit, quoad illum casum, materiam ad Jus commune: ergo hoc ipso concedere cogitur, reservationem in cit. cap. 2. h. t. in 6. esse odiosam atque restringendam; haud obstante, quòd sit lata per viam legis generalis, simulque clausa in corpore Juris Canonici. Atque idipsum, nempe memoratam reservationem citati cap. 2. h. t. in 6. esse odiosam, tenet Geminianus ibid. n. 9. & Franchus n. 6. & Simonetta de Reservacione. quest. 5. num. 27. 28. & 29. apud Gonzalez §. 6. Proam. n. 12. Unde Navarrus, ubi supra n. 42. in specie carpit Aneas de Falconibus, contrarium tenentem, quasi immemor fuisset illius Glossæ, quæ habetur c. Præsent. §. Finitur legato. de Offic. Legat. in 6.

Nec obstant rationes num. 390. in oppositum allatæ. Non prima: nam si quid probaret, pariter sequeretur, quòd etiam reservationes speciales, & particulares, dicendæ forent favorabiles: cum etiam per illas reducatur res ad primum statum, seu ad primævam potestatem Papalem conferendi beneficia Ecclesiastica: hoc autem nec Gonzalez, nec Aneas de Falconibus concedit. Sequeretur pariter quòd jurisdictione delegata foret favorabilis, utpote per eam similiter reditur ad primævum statum, sive ad quam jurisdictionem, quam Papa, Christi in terris Vicarius, in Persona Sancti Petri Apostoli Math. cap. 16. & Joann. cap. 21. immediatè à Deo recepit. Atqui istud est contra Glossam in cap. 1. §. Processus de Rescript. in 6. & communem Doctorum: unde patet imbecillitas primæ rationis. Quin imò, cum Pontifex

L

ex

ex singulari benignitate sua, potestatem conferendi beneficia Ecclesiastica, etiam Ordinariis locorum de Jure communi concedere dignatus fuerit, uti habetur *c. Ex frequenti*. 3. *de Institutione*. Beneficium autem proprie dictum, contra Principem concedentem sit interpretandum largissime, *c. Olim*. 16. *de Verb. signif.* & alibi: consequens est, ut eidem contraria dispositio, puta, reservatio beneficiorum Ecclesiasticorum ab Ordinariis conferendorum, censenda sit odiosa, & strictè interpretanda. Neque urget altera *cit. num.* 390. allata ratio: quia non obstante, quod omnes Leges ferantur ex causa favorabili, seu pro communi bono Reipublicæ, *can. Erit autem lex. dist. 4.* dantur nihilo minus Leges quædam penales, strictèque interpretandæ: eò quod primario respiciant punitionem criminum (qualis est odiosa, siquæ quantum fieri potest restringenda) quamvis ultimè etiam respiciant bonum commune Reipublicæ, juxta dicta superius *Lib. I. Tit. 2. De Constitutionibus*. §. 17. n. 442. Idem ergo, servatâ proportione, dicendum est in proposito; ac proinde neganda consequentia.

393 Queritur IV. An dentur aliqua Beneficia, quæ sub reservationibus, etiam generalibus, nullâ de ipsis factâ mentione speciali, non comprehenduntur? Resp. Affirmative, ad eò, ut Aneas de Falconibus *cit. tract. de Reservat. Benefic. quest. 3. principal.* viginti sex hujusmodi Beneficia enumeret; et si de nonnullis eorum dabitur, præsertim loquendo in ordine ad reservationes generales, uti notat *ibid. n. 33.* Gonzalez ad *Reg. I. Cancell. gloss. §. nu. 22.* & ead. *Gloss. §. I. nu. 2.* & *seqq.* ex professo declarans Beneficia, quæ cadunt, vel non cadunt, sub illis verbis Regulæ VIII. (nunc IX.) Cancellariæ, collationi Papæ reservantibus *Omnia beneficia Ecclesiastica*. Garcias *part. 5. cap. 1. §. I.* & *seqq.* fusiſſimè agens de reservatione Beneficiorum in specie. Barbosa *part. 3. de Offic. & potest. Episc. allegat. 57. n. 27.* & *seqq.* & n. 142. & *seqq.* & alii. Idque declaratur inductione, adducendo tales casus cæteris certiores, simul & notabiliores.

394 Sic imprimis reservatio generalis Beneficiorum solummodo complectitur Beneficia perpetua, seu proprie dicta: non autem Beneficia manualia; hoc est, ad nutum revocabilia, sive sint secularia, sive regularia. Hæc enim sub reservationibus generalibus non comprehenduntur, cum nec sint beneficia proprie dicta; simulque Papa reservando sibi collationem beneficiorum, loqui videatur de collatione perpetua, nec intendat mutare naturam beneficiorum, nisi istud exprimat. Glossa in *Clem. un. §. Revocari. circa fin. de Supplend. negligent. Prælat.* Aneas de Falconibus *d. tract. de Reservat. Benefic. quest. 3. principal. n. 25.* Barbosa *cit. allegat. 57. n. 146.* & 147. & 152. Layman *lib. 4. Theol. Mor. tract. 2. cap. 11. n. 1.* Garcias *part. 5. de Beneficis, cap. 1. num. 510.* citans Calderinum *Consil. 26. de Præbendis & Rotam Decis. 639. n. 8. part. I. divers.* Gonzalez ad *Reg. 8. Cancell. gloss. §. 6. num. 9.* & *seqq.* allegans plurimos alios; atque subjungens, ita fuisse decisum die 10. Decemb. 1603. coram R. D. Litta.

395 Deinde sub reservationibus Papalibus non comprehenduntur Beneficia, quæ sunt juris patronatus Laicorum, ex fundatione, ædificatione, vel dotatione acquisiti, absque expressa hujus mentione. Glossa *cap. 2. §. Collatio. h. t. in 6.* Covarruvias *Prælat. Practic. cap. 36. n. 1.* & 3. 4. Azorius *part. 2. lib. 6. cap. 24. quest. 7.* Rebuffus in *Praxi Benefic. tit. Tertia pars Signaturæ. §. Nec non juris patronatus. n. 23.* & 64. Barbosa *cit. part. 3. de Offic. & potest. Episc. allegat. 57. n. 25. 26.* & n. 144. istud etiam intelligens de jure patronatus mixto: hoc est, partim

spectante ad Ecclesiasticos, & partim ad Laicos. Pishing *h. t. n. 325.* & alii. Siquidem Papa, licet possit, non tamen solet, neque sine expressa mentione intendit derogare tali juris patronatus Laicorum, ne à fundandis, ædificandis, vel dotandis Ecclesiis quoquo modo retrahatur.

Secus dicendum de Beneficiis spectantibus ad 396 jure patronatus Ecclesiasticum: nam huic, utpote ex bonis Ecclesiasticis originem trahenti, facile per clausulas generales derogatur. Idemque dicendum de jure patronatus Laici competente non ex fundatione, ædificatione, vel dotatione; sed solum ex consuetudine, præscriptione, aut privilegio Apostolico: nam quia hic cessat ratio superius allegata, beneficia tali juris patronatus subiecta comprehenduntur generali reservatione, fatentur Doctores proxime allegati cum communi aliorum.

Tertiò, beneficia, quæ vacant ex causa permutationis, non continentur sub reservationibus generalibus: quia non nisi ipsi permutare volentibus conferenda sunt, juxta *Clem. un. de Rerum permutat. Aneas de Falconibus cit. tract. de Reservat. Benefic. quest. 3. principal. n. 5.* Layman *d. lib. 4. Theol. Mor. tract. 2. cap. 11. n. 2.* Pishing *h. t. n. 325.*

Quartò, Beneficia de Mensa non cadunt sub reservatione generali. Barbosa *cit. allegat. 47. n. 155.* Gonzalez ad *Reg. 8. Cancell. gloss. §. 6. nu. 63.* & 64. allegans Rotam in una *Tarvisina Parochialis. 10. Decemb. 1603. coram R. D. Litta.* Ubi sciendum, quod Beneficium de Mensa dicitur illud, quod est perpetuo incorporatum Mensæ Episcopali, aut Capitulari, vel Abbatiali; ita ut fructus ipsius pertineant ad eam Ecclesiam seu Collegium, cui facta est incorporatio, possintque converti in proprios usus ipsius. Glossa in *Clem. un. §. Ad mensam.* & Abbas *ibid. n. 16.* de *Excessibus Prælat.* Barbosa, & Gonzalez, ubi *suprà*, & alii. Accedit ratio: quia Ecclesia sic unita Mensæ Episcopali &c. non dicitur unquam vacare; juxta textum notabilem in *cit. Clem. un. §. Quidam etiam Mensæ Episcopali &c. Quamquam ipsæ propter hoc* (seu Clericis decedentibus) *Ecclesie in veritate non vacent:* ac præter Authores proxime relatos, notat etiam Glossa in *Clem. un. §. Demensa. De Supplend. negligent. Prælat.* Nam Sedes Episcopalis, Capitulum, seu Abbatia, veluti Rector principalis ejusdem Beneficii sive Mensæ uniti, nunquam moritur. Atqui reservationes generales solummodo respiciunt beneficia vacantia; ergo.

Et quod proxime dictum est de Beneficiis Mensæ, pariter procedit de beneficiis perpetuo, & accessorie unitis alteri. Nam quod hujusmodi Beneficia, puta, Vicariæ perpetuæ, solummodo conferri debeant ad nominationem illorum, in quorum Ecclesiis unitis ponendi sunt Vicarii perpetui, decrevit B. Pius V. in sua Constitutione 47. *Ad exequendum.* quam superius n. 142. & 143. citatam reperies: siquæ in eis non est locus reservationi. Gonzalez ad *Reg. 8. Cancell. gloss. §. 3. n. 48.* & 49. Garcias *part. 9. de Beneficis, cap. 2. n. 304.* & 308. & *seqq.* referens multiplicem Decisionem Rotæ. Barbosa *lib. 3. Jur. Ecclesiast. univ. cap. 6. num. 45.* & alii. Accedit ratio: quia Beneficium accessorie, & per viam subjectionis unitum alteri, definit esse Beneficium, perditque titulum Beneficii mediante tali unione. Rota *Decis. 11. nu. 1. de Rebus Ecclesiast. non alienand. in antiq.* Et assumit naturam, consuetudines & privilegia principalis, cui est annexum accessorie. Glossa *cap. 1. §. Utinendo. Ne sede vacante &c.* Atque efficitur prædium illius, cui taliter est unitum. Gonzalez *cit. gloss. §. 7. num. 2.* & 5. & *seqq.* Barbosa *d. allegat. 57. nu. 158.* & alii, atque amplius dicitur infra *Tit. 12.*

§. XIII. De Reservatione Beneficiorum in genere.

Ut Ecclesiastica beneficia &c. §. 3. num. 44. 45. & *seqq.* Unde non mirum, quod Beneficium accessorie, & per viam subjectionis unitum alteri, non cadat sub reservatione generali, cum nec amplius existat Beneficium, quod conferri aut reservari possit: haud obstante, quod Beneficium principale, sive illud, cui facta fuit accessorie unio alterius, cadat sub reservatione; siquæ mediante illo etiam Beneficium accessorie unitum, veluti prædium alterius (etsi non per se) sub reservatione includatur, Gonzalez *cit. gloss. §. 7. n. 37.* & 38.

Quintò, Reservationes Beneficiorum ultra eas, quæ habentur in propriis Concordatis, cessant in Gallia, & Germania. Chokier ad *Reg. I. Cancell. n. 22.* Siquidem Pontifex in his Concordatis expressè cavit, quod ultra Reservationes in ipsis expressas, per quamcumque aliam reservationem, gratiam expectativam, aut quamvis aliam dispositionem, sub quacunque verborum forma factam vel faciendam non sit impedire, quo minus Collatores ordinarii possint conferre beneficia vacatura; prout patet ex Concordatis Germaniæ. Concordant dicens inferius §. *seq. n. 425. 426.* & *seqq.*

Sextò, sub ista reservatione generali, quæ in *c. Licet. 2. de Præbendis. in 6.* collationi Papæ reservantur Ecclesiæ, Dignitates, Personatus, & Beneficia que apud Sedem Apostolicam demerps vacare contigerit, non comprehenduntur Episcopatus. Ita Glossa in *cit. c. Licet. §. Dignitatum.* & Barbosa *ibid. nu. 19.* Garcias *part. 5. de Benefic. cap. 1. n. 113.* citans plures alios, asserentes, Glossam prælatam esse communiter approbatam. Accedit ratio: quia Episcopatus fuit specialiter notâ digni; cum non tam Dignitates sint, vel beneficia, quam *Culmina Dignitatum*, prout appellatur in *c. Venerabilis. 37. h. t.* Atque ea que specialiter notâ digna sunt, nisi specialiter notentur, neglecta intelliguntur, *l. Item apud. §. Hoc edictum. ff. de Injuris.* Idque procedit vel maxime in materia odiosa, qualis juxta communiorum Doctorum, est reservatio beneficiorum: cum notissimi Juris sit; odia esse restringenda; juxta *Reg. 15. Juris in 6.* cum concordantibus.

Atque hoc ipsum multi Doctores extendunt ad Abbatis: quamvis nonnulli contradicant, volentes, quod Abbatibus comprehendatur sub nomine Dignitatum; uti videre est apud Glossam *loc. cit. junctâ Additione ibid. & Garciam cit. cap. 1. n. 114.* Sed quidquid sit de Abbatibus, de facto per Extravag. *Ad regimen. inter Commun. h. t.* quæ in Regula 1. Cancellariæ per singulos Pontifices innovari consuevit, sub expressis verbis reservantur collationi Papæ omnes Archiepiscopatus, Episcopatus, & Monasteria, seu Abbatia apud Sedem Apostolicam vacantes: unde hodie cessat præfens controversia, simul & limitatio de Episcopatibus, Abbatibus, spectando Regularis Cancellariæ, imò & Concordata Germaniæ in casibus ibidem expressis.

Septimò, in reservationibus factis sub ista forma, *Reservamus beneficium ad jususque collationem, provisionem, presentationem, seu dispositionem spectantia*, non comprehenduntur Beneficia electiva; hoc est, illa, ad que per electionem, confirmationem Superioris indigentem, promovendi assumi debent. Ita tradit Aneas de Falconibus *cit. quest. 3. principal. num. 21.* potest Cardinal. *Consil. 103. col. 2.* Et videt Ludovic. Gomez in *Reg. Cancell. De Anali possessore, quest. 11. n. 2. in fin.* asserens, quod Beneficia electiva sint specialiter notâ digna: & si non exprimentur, non comprehenduntur. Gonzalez ad *Reg. 8. Cancell. gloss. §. 19. num. 6. 7.* & 8. citans alios, etsi postea istud intelligendum censent in Rescriptis, non in reservatione per modum legis

Reiffenstuel Jus Can. Tom. III.

generalis. Henricus Wagenerck in *Commentar. Exegetic. SS. Canonum. c. Is cui. 19. §. 2. §. Consueverim per electionem. de Præbendis. in 6.* Qui tamen istud intelligit, non de Beneficiis, quomodocunque electivis (qualia etiam sunt Canoniciatus, dum per majora vota Capituli cuiuspiam conferuntur, nec tamen indigent confirmatione Superioris; siquæ potius censentur Beneficia collativa) sed solum de Beneficiis proprie electivis, seu in quibus proceditur per electionem Capituli, aut Conventus, à Superiore confirmandam, juxta Glossam in *Clem. quia contingit. §. Electionem. de Religios. Domib.* alique paucis verbis innuitur initium hujus Numeri. Nam grande, & speciale præjudicium est, derogare juri electionis, quod Capitula, Conventus, aut alii habent; ideoque opus est speciali expressione; juxta *Clem. 1. §. fin. h. t.*

Eadem limitatio desumitur ex *c. Cum in illis. 16. §. 404. Illis verd. h. t. in 6.* ubi loquendo de consimili casu expressè rescribitur, quod nequeat illi provideri de beneficio electivo, cui Pontifex provideri mandat de beneficiis, etiam si curam habeant animarum, ad collationem, provisionem, presentationem, vel dispositionem spectantibus quoruncunque. Quia (inquit Glossa *ibid. §. Electionem.*) sub verbo *Provisionis, vel Dispositionis*, non includitur Electio, cum inter ista tria sit differentia. Concordat *Clem. 1. §. fin. h. t.* ubi consimilis Decisio reperitur, additâ eâ ratione: *Cum nullam de electione fecerimus mentionem.* Nam Beneficia electiva, sunt specialiter notâ digna. Felinus *c. In nostra. n. 25. Coroll. 31. de Rescript. Gomez, ubi supra.* Gonzalez *cit. gloss. §. 19. nu. 6.* allegans alios: siquæ non comprehenduntur sub generali reservatione, sed opus est speciali eorum mentione. Et talem etiam facere consueverunt Romani Pontifices, quando Beneficia electiva reservare intendunt; ut patet ex Extravag. *Ad regimen. h. t. inter Commun. ibi: Etiam si illa persona consueverint, vel deberint per electionem, seu quumvis alium modum providendi assumi.* Idipsum liquet ex Extravag. *Ad Romani. eod. inter Commun.* ubi pariter fit expressa mentio Beneficiorum electivorum.

His addi possent nonnulli alii casus, de quibus *405* Authores, præsertim n. 393. citati fusiùs tractant: verum præmissi sunt cæteris scitu utiliores, plures etiam ex aliis sunt admodum controversi inter Doctores. Sic, quamvis Glossa *fin. in c. Cum in Ecclesiastica. 25. de Præbendis. in 6.* & post ipsam Aneas de Falconibus, ubi *suprà*, quest. 3. principal. n. 22. asserat, quod beneficia, quæ ex consuetudine Magistris, aut Doctoribus sunt conferenda, non comprehenduntur sub reservationibus, nec sub Litteris Apostolicis; quæ Expectativæ dicuntur: tamen Covarruvias *Prælat. Practic. cap. 36. n. 4.* & Pishing *h. t. n. 325. in fin.* non immerito de hoc dubitant.

Insuper, quod in generali reservatione beneficiorum non censentur reservata Beneficia regularia, nisi specialiter exprimentur; tradit Aneas de Falconibus *cit. quest. 3. principal. numer. 29.* id probans per textum, Glossam, & notata in *c. Cum de beneficio. §. h. t. in 6.* Barbosa *d. allegat. 57. n. 28.* Et pro hac sententia plures alios allegat Gonzalez, ubi *suprà*, gloss. §. 8. n. 1. & *seqq.* eò, quod Beneficia regularia regulariter non sint perpetua, sed ad nutum revocabilia, *c. Cum ad Monasterium, §. Tales. de Statu Monach. simulque de non nisi Regularibus sint conferenda. Clem. un. de Supplend. negligent. Prælat. juncto Concilio Tridentino Sess. 14. cap. 10. de Reform.* Oppositum tamen ex mente propria, tenet Gonzalez *loc. cit. n. 18. 19.* & *seqq.* Rufus Beneficium monacolum, seu quod unicuique duntaxat habet Prælati, aliique Collator ad conferendum, non

comprehendi sub reservatione generali, tradit Gloſſa in Clem. 1. §. In certa. h. t. Aneas de Falconibus loc. cit. n. 32. Et pro hac ſententia plures alios Authores, atque rationes, adducit Gonzalez loc. cit. gloſſ. 9. §. 4. n. 1. & ſeqq. Quamvis hic ipſe nu. 14. contrarium verius eſſe putet. Tacentur brevitatis cauſa nonnulli alii conſimiles caſus.

§. XIV.

De Beneficiis affectis, & Appoſitione manûs Papæ.

SUMMARIUM.

- 407 Beneficia affecta, que?
- 408 In effectu parum; aut nihil differunt à reſervatis.
- 409 Strictè tamen, ac propriè loquendo, differunt ab illis.
- 410. 411. & 412. Et in quibus?
- De natura dictionis Vel eſt, quòd ponatur inter diverſa. Num. 409.
- Affectio beneficiorum eſt majoris efficaciz, quàm ſimplex reſervatio. Num. 412.
- 413 Appoſitio manûs Pontificiz, quid?
- 414 Per eam ligantur manus inferiorum. Et num. 410. & 413.
- Plus eſt, factis demonſtrare, quàm verbis dicere. Num. 413.
- 415 Appoſitio manûs Pontificiz, inducens affectionem beneficiorum, multis modis contingit. & n. ſeqq. ac num. 410.
- 416 Papa cenſetur manum apponere, ſicque Beneficium reddi affectum, quando illud cupiam dat in Commendam, vel in eo ponit Adminiſtratorem.
- 417 Vel quando concedit alicui Mandatum de providendo ſuper certo beneficio &c.
- Aut prohibet Electoribus, ne procedant ad electionem. Ibid.
- 418 Vel, quando apponit Decretum de dimittendo beneficio in manibus ejuſ.
- Aut mandat alicui privari ſuo beneficio. Ibid.
- 419 Item, quando Papa recipit renunciationem alicujus Beneficii.
- 420 Sive, quando v. g. jure præventionis &c. concedit alicui Beneficium, ſed invalidè. Et n. 410.
- Dantur alii tales caſus. Remiſſivè. Ibid.
- 421 Regula illa, quòd Appoſitio manûs Papæ ligat manûs inferiorum, plures patitur limitationes. Et n. ſeqq.
- 422 Nempe, quando Papa appoſuit manum ad alium effectum, quàm conferendi beneficium.
- Alius agentium non operantur ultra intentionem eorum. Ibid.
- 423 Vel quando Papa appoſuit manum ſuper collatione beneficii, quòd narrabatur eſſe reſervatum, & non erat reſervatum.
- 424 Limitatur quoque in beneficiis jurispatronatûs laicalis ex fundatione &c.
- 425 Utrum ex appoſitione manûs Papæ inducatur Affectio, quando inde reſultaret præjudicium Concordatorum, v. g. Germaniz? Et num. ſeqq.
- Sententia negativa eſt recepta. Ibid.
- 426 Hæc procedit etiam in Concordatis Germaniz. Et num. ſeqq.
- Saltem loquendo de Beneficiis vacantibus in menſibus Ordinariorum. Ibid.
- 427 An ea etiam procedat in beneficiis, que vacant in menſibus Pontificiis, ac invalidè per Papam collata fuerunt, poſt lapſum trium menſium? Et num. ſeqq.

- 428 Affectus ratio dubitandi, atque ſententiam affirmativam tenendi. Et n. preced.
- 429 Et reſpondetur ad objectiones.
- 430 Sententia negativa non ſolum videtur probabilior, ſed vera, & in praxi meritiò tenenda. Et num. ſeqq.
- 431 Solvuntur contraria.
- 432 Eadem ſententia confirmatur ex Bulla Gregorii XIII. autoritate Practicorum, & Stylo Curiz Romanæ.
- Dictio, Non obſtantibus quibuſcunque, eſt univerſalis. N. 426.
- Non reſert, an aliquid non fiat, vel minus bene fiat: & quando? N. 428. & 431.

Queritur I. Quæ Beneficia cenſentur affecta; & an differant à reſervatis? Reſp. I. Beneficia affecta idem ſunt, ac beneficia per appoſitionem manûs Papæ impedita, quò minus ab inferiore Collatore ordinario conferri poſſint. Pirhing h. t. nu. 321. Nam Papa apponendo manum, cenſetur tacitè, atque ipſo facto, collationem beneficii ad ſe revocare: ſicque ſub nullitate actûs ligare manus inferioris, ne amplius pro eâ vice poſſit ejuſ collationi ſe immiſcere, arg. c. Ut neſtrum. 66. de Appellation. atque amplius patebit ex dicendis.

Reſp. II. Quamvis in effectu parum, aut nihil differant Beneficia affecta à reſervatis: nihilo minus ſtrictè, ac propriè loquendo, differunt ab illis. Ita Aneas de Falconibus Tractatum tom. 15. part. I. de Reſervatione. Benefic. Prælud. 3. n. 1. & ſeqq. Azorius part. 2. lib. 6. cap. 34. queſt. 5. Barboſa part. 3. Juris Ecclèſiaſt. univ. cap. 13. n. 43. & 90. Gonzalez ad Reg. 8. Cancell. gloſſ. 52. nu. 2. & ſeqq. Pirhing h. t. n. 317. & alii. Ratio prioris partis eſt: quia, ſicut Beneficia collationi Papæ reſervata, non poſſunt conferri per inferiorem, ita nec Beneficia affecta: ac proinde, quantum attinet effectum utriuſque, parum, aut nihil differre Beneficium affectum à reſervato, rectè exiſtimat Azorius loc. cit.

Altera verò pars probatur ex Extravag. Ad Roman. h. t. inter Commun. ibi: Reſervata, vel affecta remanſerim. Similia habentur in Reg. 8. Cancellariz, ubi pariter Beneficia affecta clarè ſecernuntur à reſervatis, dum dicitur: Dummodò aliàs diſpoſitioni Apoſtolicæ reſervata, vel affecta non fuerint. Et infra, Reſervatorum, vel affectorum. Nam de natura illius dictionis, Vel, eſt, quòd ponatur inter diverſa; ut Rubr. ff. de Acquirend. & amittend. poſſeſſ. ac notat Baldus in l. Filia. C. de Collation. Barboſa de Dictionib. uſu frequenti. Diction. 415. nu. 1. & alii.

Reſp. III. Beneficia affecta differunt imprimis à reſervatis ex eo, quia Reſervatio reſpicit actum verbalet, atque expreſſum: ut, ſi Papa per Bullam, aut etiam ſolo verbo dicat, Reſervamus nobis &c. appellatur Reſervatio. Econtrà Affectio reſpicit actum reale, & factum aliquod, ex quo Papa demonſtrat, ſe velle providere: ſicque ipſo facto, atque ſupremâ ſua auctoritate, ligantur manus Collatoris inferioris circa diſponendum de ejuſmodi beneficio: unde oritur tacita hujuſ reſervatio. Sic contingit, quando Papa appoſuit manum ſuper collatione alicujus beneficii: tunc enim, non obſtante, quòd collatio illa ob aliquod impedimentum non fuerit valida, nec fortita effectum, adhuc Beneficium dicitur affectum; adeo, ut pro ea vice nequeat conferri per inferiorem, juxta textum notabilem in Extravag. Ad Roman. §. Nos qui. & §. Romani. h. t. & inter Commun. Aneas de Falconibus cit. Prælud. 3. n. 3. & 4. Barboſa lib. 3. Juris Ecclèſiaſt. univ. cap. 13. n. 43. & 90. Gonzalez ad Reg.

Reg. 8. Cancell. gloſſ. 52. Pirhing h. t. n. 317. Id ipſum patet ex pluribus caſibus, n. 416. ac ſeqq. referendis.

411 Secundo differunt: quia Beneficium reſervatum nunquam amplius poteſt conferri ab inferiore; Beneficium affectum verò, licet pro ea vice, quò Pontifex manum appoſuit ſuper ejuſ provisione, nequeat ab inferiore aliquo conferri; poteſt tamen ita conferri pro alia vice, poſtquam proviſio Papæ ſuum effectum conſecuta fuit. Unde affectio non admittit inferiori poteſtatem conferendi in perpetuum, ſed ſolum pro una vice: bene tamen Reſervatio, niſi revocetur.

412 Tertio differunt: quia Affectio beneficiorum, ſeu appoſitio manûs Papæ in illis, eſt majoris efficaciz, quàm ſimplex Reſervatio. Nam illa aſſicit etiam ignorantes, juxta cit. Extravag. Ad Roman. h. t. non verò ſimplex reſervatio abſque Decreto irritante, ut dictum num. Aneas de Falconibus loc. cit. Prælud. 3. n. 4. & queſt. 4. principal. Effect. 1. n. 4. Gonzalez cit. gloſſ. 52. nu. 9. Chokier in Reg. 9. (aliis 8.) Cancell. n. 11. Rebuffus in praxi Benefic. tit. de Reſervat. n. 34. & alii.

413 Queritur II. Quid ſit Appoſitio manûs Pontificiz, cauſans Affectionem Beneficiorum, quibuſque modis contingat? Reſp. I. Appoſitio manûs Pontificiz, quantum ad propoſitum, aliud non eſt, quàm quòd Papa aliter non reſervando Beneficium, intromittat ſe circa illius diſpoſitionem. Ita Aneas de Falconibus cit. Prælud. 3. num. 4. & in re communis. Quia enim pluſ eſt factis demonſtrare, quàm verbis dicere. Gloſſa in c. Dilccti. 52. juncto textu ibid. de Appellation. Hinc Papa, ſemel intromiſſere ſe diſpenſatione cujuſpiam Beneficii, cenſetur ipſo facto, ſua ſupremâ poteſtate, ejuſ collationem ad ſe revocare: ſicque ligantur manus inferiorum, ut nihil amplius per illos circa illius beneficii collationem valide fieri poſſit, arg. c. Ut noſtrum. 66. de Appellat. Concordat cap. 1. & 2. de Confirmat. util. ubi, poſtquam Papa manum appoſuit, confirmando jura cujuſpiam, nequit judex inferior de iſdem cognoſcere. Et c. Si eo tempore. 45. de Election. in 6. ubi Papam manum apponente, puta, reſelectores ad electionem procedant, omnia carere cenſentur effectû, ſi quæ poſtmodum ſuſſequuntur.

414 Id ipſum claritè habetur expreſſum in cit. Extravag. Ad Roman. §. Romani. h. t. inter Commun. Ubi Paulus Papa II. in hæc verba decrevit: Romani quoque Pontificis manûs appoſitionem prædictam tantæ efficaciz, tantæque virtutis exiſtere, ut ejuſ Litterar Apoſtolicarum ſuper provisionibus beneficiorum, aut de providendo Mandatis, in quibus decretum, & reſervatio hujuſmodi apponuntur, ex aliqua cauſa ſuum debitum non ſortiantur effectum: facultatem tamen providendi de beneficiis taliter reſervatis, quibuſcunque aliis fuiſſe ademptam hujuſ perpetuæ, & irrefragabilis Conſtitutionis edicto, de venerabilium fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Ecclèſiæ Cardinalium conſilio, omnia & ſingula beneficia Ecclèſiaſtica — per hujuſmodi reſervationem, & decretum remanſiſſe, & remanere ſemper affecta, nullumque de illis (cùm primum vacare contigerit) præter eundem Romanum Pontificem eâ vice quovis modo diſponere potuiſſe, ſive poſſeſſe, harum ſerie decernimus, & pariter declaramus — Decernentes ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari. Hæc ibi.

415 Reſp. II. Appoſitio manûs Pontificiz, inducens Affectionem beneficiorum, multis modis contingit. Ita Aneas de Falconibus cit. Prælud. 3. num. 4. Rebuffus d. tit. de Reſervation. num. 30. & ſeqq. Barboſa lib. 5. Jur. Ecclèſiaſt. univ. cap. 13. n. 90. & ſeqq. Gonzalez cit. gloſſ. 52. nu. 11. & Reiffenſtuel Jus Can. Tom. III.

ſeqq. & alii, plures ejuſmodi modos referentes.

Id ipſum, videlicet appoſitionem manûs Pontificiz multis modis contingere; probatur inductione. Sic enim imprimis cenſetur Papa manum apponere, ac proinde Beneficium reddi affectum, quando Papa cupiam beneficium dat in Commendam, vel in eo ponit Adminiſtratorem: tunc enim ex appoſitione manûs Papæ adeo beneficium remanet affectum, ut ceſſante Commendâ, vel Adminiſtratione, nequeat conferri per alium Papæ inferiorem, donec de eo Papa plene & perfectè diſponat. Garcias part. 4. de Beneficiis. cap. 4. num. 68. & ſeqq. Barboſa cit. lib. 3. cap. 13. num. 90. Aneas de Falconibus eod. num. 4. & queſt. 4. principal. Effect. 38. Chokier cit. n. 11. Card. de Luca Diſcurſ. 4. de Beneficiis. num. 9. allegans communem Beneficialium propoſitionem, quòd ex Commenda reſultet reſervatio, donec provideatur in titulum. Gonzalez d. gloſſ. 52. n. 11. & gloſſ. 3. §. 8. n. 61. allegans plurimos alios.

Secundo, Beneficium remanet affectum ex eo: quia Papa concedit alicui Mandatum de providendo pro certo beneficio, etiam ſi illud nondum vacaverit, nec alias ſit reſervatum. Barboſa cit. n. 90. Gonzalez d. gloſſ. 52. n. 12. & alii; ejuſque expreſſum in cit. Extravag. Ad Roman. §. Romani. h. t. inter Commun. Idemque dicendum, quando Papa prohibet Electoribus, ne procedant ad electionem, c. Si eo tempore. 45. de Election. in 6. Aneas de Falconibus d. Prælud. 3. n. 4. Rebuffus, ubi ſupra, n. 32.

Tertio, ſi Papa apponit Decretum alicui de dimittendo beneficio in manibus ejuſ. Barboſa loc. cit. Gonzalez d. gloſſ. 52. n. 14. allegans Rotam Decif. 14. de Rerum permutat. in antiq. idemque intelligens, etiamſi alter non dimittit Beneficium: quia adhuc ſolus Papa poſſet conferre pro ea vice. Idemque procedit, quando Papa mandat alicui privari ſuo beneficio: nam ſecutâ privatione, utpote juſti & auctoritate Papæ facti, Beneficium remanet affectum, atque collationi Papæ reſervatum, juxta Extravag. Ad regimen §. Præmiſſorum. & Vel privationem. h. t. inter Commun. Aneas de Falconibus cit. Prælud. 3. n. 4.

Quarto contingit appoſitio manûs Pontificiz, quando Papa recipit renunciationem alicujus Beneficii, in manibus luiſ factam, etiam in menſe Ordinarii: tunc enim Beneficium ita renanet affectum, ut nullus inferior poſſit de illo providere, quamvis à Papa nondum fuerit collatum. Gonzalez cit. gloſſ. 52. n. 16. Barboſa lib. 3. Jur. Ecclèſiaſt. univ. cap. 13. n. 90. Pirhing h. t. n. 317. & alii.

Uterius intervenit appoſitio manûs Pontificiz, quando Papa, v. g. jure præventionis, aut prævenire intendens, concedit alicui beneficium, ſed invalidè: quia nimirum collatio non tenet ex aliquo defectu impetrantis, puta, ob hujuſ inhabilitatem, vel commiſſum vitium ſubreptionis: quia nihilo minus Beneficium manet affectum, neque inferior ejuſ collationi ſe intromittere valet. Nam ex quo Papa manum appoſuit, remanet ligatæ manûs Collatoris Ordinarii inferioris. Barboſa cit. n. 90. Gonzalez d. gloſſ. 62. n. 14. 15. & ſeqq. allegans alios; atque univerſim viginti duo caſus referens, in quibus Beneficia ex appoſitione manûs Papæ remanent affecta, adeo, ut nullus inferior de ipſis diſponere valeat.

Reſp. III. Nihilo minus regula illa, videlicet, quòd Appoſitio manûs Papæ liget manus omnium inferiorum, plures patitur limitationes; juxta illud vulgatum: Nulla regula ſine exceptione. Gonzalez ad Reg. 8. Cancell. cit. gloſſ. 52. n. 38. & ſeqq. plures tales caſus alii enumerans.

Et primò quidem dicta regula limitatur, quando Papa appoſuit manum ad alium effectum, quàm

conferendi beneficium. Tunc enim non remanent ligatæ manus Collatoris inferioris, ne beneficium vacans conferre possit: nam appositio manûs non operatur ultra intentionem Papæ, juxta illud: *Actus agentium non operantur ultra intentionem eorum*; quod desumitur ex l. non omnis. ff. Si certum petatur. Barbosa *Axiomat.* 12. num. 7. citans alios. Sic, quando Papa super beneficio aliquo reservat pensionem ad favorem resignantis, non propterea Collator ordinarius impeditur, quò minus Beneficium illud, dum vacat, possit conferre: quia manûs appositio quoad unum effectum, v. g. reservatæ pensionis, non operatur quoad alium, v. g. reservatæ collationis, contra intentionem agentis, c. *Quia intentionis.* 29. de Privileg. cum similibus. Rota *Decis.* 14. n. 3. & *Decis.* 15. n. 2. de Concess. Præbend. in novis. & alia Rota in Romana Clericatus S. Petri 27. Novemb. 1602. coram Illust. D. Card. Pamphilio. Gonzalez *cit. gloss.* 52. num. 38. & 40. ac seqq. Quidquid nonnulli de hoc dubitaverint.

423 Deinde fallit data regula, quando Papa apposuit manum super collatione beneficii, quod narrabatur esse reservatum, & reverà non erat reservatum: nam stante fallitate talis causæ narratæ, cessat ex parte Summi Pontificis intentio apponendi manum, siquæ nulla cautatur affectio. Eneas de Faltonib. *ubi supra*, *quest.* 5. *principal. Effect.* 16. n. 2. Gonzalez *cit. gloss.* 52. n. 45. & alii. Atque istud generaliter esse intelligendum, ita videlicet, ut ubi appositio manûs Pontificæ sequeretur ex falso præsupposito, affectio non teneat; tradit Card. de Luca *Discurs.* 23. de Benefic. n. 31. citans Rotam *Decis.* 25. part. 10. *Recent.* n. 31. & 32. hisce specialibus terminis loquentem.

424 Tertiò limitatur eadem regula in Beneficiis jurisprætoratûs Laicalis, aut mixti, quod competit ex fundatione, ædificatione aut dotatione. Quia enim in his non solet dari expressa reservatio, cum Papa non solet, neque etiam sine expressa mentione intendat derogare jurisprætoratûs Laicorum, ne à piis fundationibus, ædificationibus, aut dotationibus Ecclesiarum retrahantur, ut dictum paulò superius num. 395. multò minus intrabit tacita reservatio per appositionem manûs Pontificæ. Petrus de Murga *tract. de beneficiis*, *quest.* 3. n. 359. Gonzalez *cit. gloss.* 52. num. 54. post Rotam in una *Firmana Benefic.* 12. *Mai.* 1596. coram Illust. D. Pamphilio, & aliis sæpè. Tacentur nonnullæ consimiles limitationes, quarum universum decem enumerat Gonzalez *cit. gloss.* 52. num. 38. & seqq. quæ apud eundem videri possunt. Verum occasione horum

425 Quæritur III. Utrum ex appositione manûs Papæ inducatur Affectio, quando exinde resultaret præjudicium Concordatorum, v. g. Germaniæ, Franciæ? Resp. I. Sententia negativa est recepta inter Doctores, afferentes, quòd si ex tali appositione manûs Pontificæ resultaret præjudicium Concordatorum, data hæc sententia regula sit limitanda: quia tunc nulla inducitur affectio. Siquidem Papa in Concordatis expressè solet dicere, atque declarare, se nolle impoſuerim aliqua Beneficia suæ collationi quoquo modo reservare præter ea, quæ sunt expressa in Concordatis. Ita Puteus *Decis.* 266. in una *Germana.* Gonzalez *cit. Reg.* 8. *Cancellar.* *gloss.* 42. nu. 51. istud limitans, nisi aliud ex Papæ intentione constaret. Rebuffus in *Praxi Benefic. tit. de Reservat.* nu. 35. afferens, quòd in Francia, quamvis Papa apponat manum, semper Ordinarius conferat, si non valet prima Papæ collatio, nisi in Mandataria, cui affectum est beneficium, per Concordata Franciæ. Quod ipsum, atque fultus tradit idem Rebuffus in *Concordatis Franciæ. tit. de Mandatis*

Apostolicis. §. Declarantes. §. Jure præventionis. §. Item per collationem. Garcias *part. 4. de Beneficiis*, cap. 4. n. 70. allegans insuper Probum c. Nemo. n. 32. de Election. in 6. & Corraſium *part. 1. de Beneficiis*, cap. 6. ad fin. quibus accedunt Murga, & Pax Jordanus, proxime citandi.

Resp. II. Hoc ipsum procedere in Concordatis Germaniæ, per Nicolaum V. confirmatis, in terminis docet Petrus de Murga *tract. de Beneficiis*, *quest.* 3. nu. 360. & 382. & Pax Jordanus *tom. 2. de Re Benefic.* lib. 10. tit. 2. de Beneficiis Affectis. n. 66. & 67. cum aliis, quos citat. Accedit ratio, ex tenore Concordatorum Germaniæ desumpta: in illis quippe Pontifex §. 4. expressis verbis declaravit, sibi placere: quòd per quamcumque aliam reservationem, gratiam expectativam, aut aliam dispositionem, sub quacumque verborum -- forma factam, vel faciendam, nolit impedire, quò minus ordinarii Collatores vacantia in mensibus suis beneficia possint liberè conferre: reservatione, aliàve quavis dispositione, autoritate nostrâ factis, vel faciendis, non obstantibus quibuscumque. Si ergo per expressam reservationem, sub quibuscumque verbis factam, vel faciendam, Papa non intendit derogare Concordatis Germaniæ; idem, & quidem à fortiori, dicendum de derogatione tacitâ, qualis solet fieri per appositionem manûs Pontificæ. Ponderando præterea additum ly, aliàve quavis dispositione: atque subjunctam illam Dictionem universalem, Non obstantibus quibuscumque. Nam illa dictio comprehendit omnia, & propter suam universalitatem, ad casus etiam impropios trahitur. Barbosa *tract. de Dictionib. usu frequentiorib.* *Diction.* 317. nu. 3. & seqq. allegans plurimos alios.

Et hæc quidem loquendo de Beneficiis, quæ vacant in mensibus collationi Ordinariorum per Concordata Germaniæ concessis, videntur certa: nisi forsitan aliquando Summus Pontifex de potestate sua absoluta, & urgentibus gravibus causis, expressè vellet derogare quoad hoc Concordatis Germaniæ, juxta dicenda inferius §. 19. n. 537. Alioquin verò non est verisimile, Sanctissimum Patrem voluisse Germanis illudere, promittendo, quòd nolit eorum collationes in mensibus suis collationi concessis impedire per expressas reservationes; bene tamen per tacitas, seu per appositionem manûs suæ, contra Reg. 84. Jur. in 6. Cum quid unâ vi prohibetur alicui, ad id aliâ non debet admitti, cum concordantiis. Majus dubium esse potest de appositione manûs Papæ ad Beneficia in mensibus Pontificis vacantia, & per Sanctissimum, sive ob vitium subreptionis, sive ob inhabilitatem, Provisi, invalidè collata. Unde

427 Quæritur IV. An etiam loquendo de Beneficiis, quæ juxta Concordata, præsertim Germaniæ, vacant in mensibus Pontificis, ac per Papam ob vitium subreptionis, vel inhabilitatem Provisi, invalidè collata fuerint, cesset affectio beneficiorum: adeò, ut appositio manûs Pontificæ non obſtet, quò minus post tempus in Concordatis præfixum (puta, post lapsum unius trimestris, loquendo de Concordatis Germaniæ) talia Beneficia per Collatores inferiores licitè, ac validè conferri possint? Ratio dubitandi, atque affirmativam tenendi, desumitur imprimis ex autoritate Doctorum. Nam quòd in casu, quo Papa mandavit conferri Beneficium certæ personæ, & collatio non tenuit, potestas conferendi redeat ad Ordinarium; docet Abbas c. *Inter dilectos.* n. 10. de Excessib. Prælat. citans Jo. Andream, & Compottellanum. Accedit Rebuffus in *Praxi Benefic. de Reservat.* tam generalitèr, quàm specialitèr, nu. 35. ubi loquens de Concordatis Galliæ, inquit: *Sed non utimur in Francia:*

§. XIV. De Beneficiis affectis, & appositione manûs &c.

nam quamvis Papa apponat manum, semper Ordinarius conferat, si non valet prima Papæ collatio, nisi in Mandataria, cui affectum est beneficium, per Concordata Franciæ. Et infra num. 38. subjungit: *Sed iste omnes reservationes, & manûs appositiones fuerit in Concilio Basiliensi sublata: & hoc in Gallia servamus, ut non recipiamus reservationes, nec manûs appositiones &c.* Quod ipsum repetit idem Rebuffus in *Tract. Concordator. Franciæ. tit. de Mandatis Apostolicis. §. Declarantes. §. Jure præventionis vers.* Item per collationem, dicens, quòd per collationem nullam non dicitur Papa prævenire Ordinarium quoad hoc, ut collatio Ordinarii non valeat obstantè collatione per Papam factâ, quæ nullo modo potest obſtare ratione reservationis, quæ in Regno non habet locum, &c. Hæc ille, probans inter alia istud à simili ex eo: quia pariter citatio nulla, non inducit præventionem, l. Si pater, & ibi Glossa c. Ne de statu defunctor. & Glossa ult. in c. Si plures. de Offic. Delegat. in 6. &c. Quod ipsum de Concordatis Germaniæ, nonnulli alii Auctores, ac signanter Pax Jordanus, & Murga, *ubi supra*, sensuè videntur, eò quòd vel pro te citent Rebuffum, in hoc casu expressè loquentem; vel saltem absolute doceant, ex appositione manûs Papæ non induci affectionem beneficiorum, quando inde resultaret præjudicium Concordatorum.

428 Accedit ratio desumpta ex tenore Concordatorum Germaniæ. Siquidem in istis §. 4. sic habetur; *Quoties verò aliquo vacante beneficio in Januarii -- mensibus, specialiter dispositioni dictæ Sedis reservatis, non apparuerit infra tres menses à die notæ vacationis in loco beneficii, quòd alicui de illo Apostolicâ autoritate provisum fuerit, ex tunc non antea Ordinarius, vel alius, ad quem illius dispositio pertinet, de illo liberè disponere poterit.* Hæc ibi. Atqui stante invaliditate collationis Papalis, ob vitium subreptionis, vel inhabilitatem illius, cui facta est, non apparet, fuisse alicui de tali beneficio provisum autoritate Apostolicâ infra tres menses; ergo ex tunc, vi dictorum Concordatorum, potest illud conferri per ordinarium Collatorem.

Minor probatur. Tum quia collatio invalida, & nulla æquiparatur; siquidem non refert, an aliquis non fiat, vel minus bene fiat. Glossa in l. Quoties. ff. Qui satis dare cogantur. Similique ejulmodi collatio invalida, habetur pro infecta, can. Imperiali. 25. q. 2. junctâ Reg. 64. Jur. in 6. Tum quia, quòd nullum est, nullum producit effectum, c. Illud. 8. de Jurepatronat. Barbosa *Axiomat.* 164. num. 1. citans alios; siquæ per collationem invalidam, non censetur culpam provisum de beneficio. Atqui relata Concordata Germaniæ expressè concedunt Collatoribus ordinariis, conferre Beneficia in mensibus Pontificis vacantia, quando de illis infra tres menses necdum provisum fuerit. Ubi ponderandum est ly, *Provisum*: nam, quòd in Jure verba cum effectu accipienda sunt, textus est expressus in c. Relatum. q. de Cleric. non resident. junctis concordantiis à Glossa *ibid.* §. Cum effectu, relatis.

429 Quòd si quis contra hanc sententiam objiciat. *Omnia, & singula beneficia Ecclesiastica*, per appositionem manûs Pontificæ remanent semper affecta, juxta *Extravag. Ad Romani. h. t. inter Commun.* cujus verba num. 414. referuntur: ergo hoc ipsum procedit de Beneficiis, quæ vacant in mensibus Pontificis, juxta Concordata Germaniæ, eisquæ Papa manum apponit per collationem invalidam: nam istud convincere videtur dicto illa universalis, *Omnia, & singula beneficia &c.* Responderi potest primò, retorquendo argumentum. Quia, si quid probaret data instantia, pariter sequeretur,

quòd Papa liberè, ac de sua potentia ordinaria, salvisque Concordatis Germaniæ, possit tacitè, sive per solam appositionem manûs suæ, reservare sibi omnia, & singula beneficia, etiam in mensibus Collatorum inferiorum, puta Februarii, Aprilis &c. vacantia: idque propter Dictionem illam universalem, *Omnia, & singula &c.* Atqui istud repugnat Concordatis Germaniæ, juxta dicta nu. 426. Responderi potest secundò neg. seq. Quia notissimi juris est, quòd Legi generali (puta, *cit. Extravag. Ad Romani. h. t.*) derogetur per specialem (puta, per Concordata Germaniæ) hæcque illam limitet, atque distinguat. Nam in toto Jure habetur per speciem derogatur: & illud potissimum habetur, quòd ad speciem directum est; prout dicitur l. In toto jure. ff. de Reg. jur. c. c. *Generi. eod.* in 6. cum concordantiis.

Et si ulterius quis objiciat. Quando Papa nulliter conferat Beneficium in mensibus sibi per Regulas Cancellariæ reservatum, ita afficitur beneficium illud per dictam manûs Papæ appositionem, ut nullus Collator ordinarius in mensibus subsequentibus possit illud conferre: Beneficium enim semel affectum, semper remanet affectum, *cit. Extravag. Ad Romani. h. t. inter Commun.* Ergo pariter, si Papa nulliter conferat Beneficium in mense sibi per Concordata Germaniæ reservato, tale Beneficium ob appositionem manûs Papæ manebit semper affectum; siquæ illud in mensibus subsequentibus, nunquam poterit per Collatorem inferiorem conferri. Responderi poterit, transmissio Antecedentis, negando consequentiam, & paritate. Quia Beneficia vacantia in mense Pontificio juxta Concordata Germaniæ, sunt reservata duntaxat ad certum tempus, videlicet ad trimestre: postea enim concedi videtur expressa Collatoribus inferioribus facultas eadem conferendi, conformiter hæcenus dictis. Contra verò Beneficia vacantia in mense Pontificio juxta Regulas Cancellariæ, sunt perpetuè reservata: nullibi enim Papa credit in eisdem Collatori inferiori facultatem, ut possit illa post certum tempus elapsum conferre. Verùm his non obstantibus,

Resp. I. Opposita sententia, videlicet negans, 430 in dicto casu cessare Affectionem beneficiorum ex appositione manûs Pontificæ, juxta Concordata Germaniæ non solum videtur probabilior, sed etiam vera, atque in praxi merito retinenda. Ratio fundamentalis desumitur ex sæpè *cit. Extravag. Ad Romani. h. t. inter Commun.* ubi universalius habetur, quòd Beneficium semel affectum, semper manet affectum. Atqui ab hac regula nullibi reperitur excepta Beneficia, in mensibus Pontificis juxta Concordata Germaniæ vacantia, & per Papam intra trimestre nulliter collata; ergo Minor, in qua sola potest esse difficultas, probatur refutando singillatim rationes prioris sententiae. Imprimis enim, quantum attinet auctoritatem Doctorum, Rebuffus, *ubi supra*, non facit ad rem: quia non loquitur de Concordatis Germaniæ, sed de consuetudine Galliæ; ut patet ex relatis num. 427. verbis ipsius: *Sed non utimur in Gallia &c.* Et hoc in Gallia servamus &c. Quæ in Regno non habent locum &c. Hæc enim consuetudo deinde confirmata fuit per Concordata Galliæ, teste citato Rebuffo: quòd tamen nequit cum fundamento dici de Concordatis Germaniæ. Unde nec probant Pax Jordanus & Murga, *ubi supra*, utpote minus cautè secuti Rebuffum: nisi placeat istos intelligere de Beneficiis vacantibus in mensibus Ordinariorum, juxta dicta nu. 425. & 426. nam de aliis expressam mentionem non faciunt. Quòd si de aliis quoque Beneficiis intelligendi forent, aut quidam alii Auctores